ſam ad inſtantiam Imperatoris Caroli Quin
ti, et ab eo deputatis Fratribus Mendicanti-
bus fuiſſe reſtrictam per Paulum.3.reſtrictio
illa per verba huius indulti Pauli 4.eſſet om
nino ſublata, et literę Adriani.6. eſſent reſti-
tutę in illam primęuam dignitatem et virtu-
tem,quam habuerunt quando emanarunt ab
Adriano.6, vel ab aliis Pontificibus qui eius
modi auctoritatem ſine vlla locorum differē-
tia Fratribus Mendicantibus conceſſerunt.
Atq; ita Salmanticę diſputatum eſſe,et conclu
ſum per Doctores in iure famoſos,atteſtatur
Pater Magiſter à Veracruce, & dicitur in.3.
Copillatione priuilegiorum. fol. Qui
quidem iuriſperiti conſtāter docuerunt,quod
per huiuſmodi clauſulas in hac Bulla Pauli 4
poſitas omnia reſtricta,caſſata,et annullata in
priſtinam reſtituuntur virtutem : vt intelli-
gant qui dicunt reſtrictionem factam,ſi reſ-
trictio eſt per Paulum.3. iam per Paulum.4.
omnino ſublatam.

35 ¶ Gregorius 13.Romę apud Sanctum Pe
trum ſub anulo Piſcatoris die. 21. Maij anni
Domini.1575. Pontificatus ſui anno.3. ad in-
ſtantiam Reuerendiſſimi Patris Chriſtophori
de Capite fontium Generalis Miniſtri Ordi-